q̄ in medio duaz iridū apparet quedaz cyrinitas clara
valde. sed color cyrinus est p̄nquior claro ⁊ albo q̄ pu
nicus. sicut dictum est prius. ⁊ ergo inter duos p̄nices

Tertius

Metherologorum

adhuc magis clarus apparet.

Queritur. Septimo. vix possibile sit appa-
rere plures irides duabz. ¶ So-
luto doctoris. possibile est apparere terciā iridē q̄ ita se hz
fm sūi ad secūdā sicut secūdā ad p̄mā. 2 hz obscuriores
colores coloribus secūde. sicut secūdā respectu p̄me p̄pter
eādē cām Et tal' iris apparet p̄pter eādē cām p̄pter quē due
alie. scz p̄pter refractōem luminis a rotatōe ad visum Et
tūc causat q̄ nubes opposita soli est multa nigra 2 spissa.
qz tūc potest facere multā 2 bene dispositā rotatōem ad re-
fractōem De ordine autē colorū istius iridis dī scūs Tho-
mas experimentū nō habui rōnabiliter. tū videt eīdē do-
ctor q̄ haberet colores ordine p̄verso cū coloribz secūde
iridis scz alurgum in minori periferia. viridem in secūdā
et puniceū in maiori sicut p̄mā. qz omīs p̄cessus sit p̄ssī-
milatōnem scōz ad p̄mā. sed alurgus qui est in maiori
periferia secūde est p̄pinq̄ior nigro. q̄ rōnabiliter in mi-
nori periferia terciē debet apparere color alurgus. deinde
aut viridis qui est p̄pinq̄ior. hinc aut puniceus q̄ dispa-
ret in albo vel claro nubis subtilioris in extremitate

Ar. Aristoteles dī q̄ p̄pter remotōnem secūdā iris
hz colores debiliores q̄ p̄mā. sed situs terciē est
multo remotior. q̄ refractio erit etiā debilior adeo q̄ non
poterit causare apparentiam alicuius coloris sensibilis
¶ Responder doctor q̄ dictū Aristotelis intelligēdū est
vt in pluribz. qz raro videt terciā

Queritur. Octauo. vix nō existente nube
possz interdum apparere iris in
maris superficie. ¶ Dm fm doctorē scū q̄ sic. qz ex
stete caligine in superficie maris nō multū eleuata apparuit
interdū nauigantibz laterāl' iris h̄ns oēs colores iridis. nō
tū exite nube. Et videbat a nauigantibz trāsseri sp̄ appa-
res ipis in eadē distātia 2 situ ad ipsos vsqz ad defectū cali-
ginis. qz semp ab alia 2 alia parte fiebat p̄tinue alia 2 alia
refractio ad visum

Ar. Iris causat fm Aristo. ex refractōe luminis
a rotatōe sub nube opposita visu existente in me-
dio. sed illa in ista apparitōe nauigantibz facta nō habent lo-
cum. vt de se notum est. imo suppositū. ergo videt q̄ non
sit iris ¶ Dm fm doctorē sanctū q̄ omia ista in p̄dicta
apparitōe assignari possunt. qz superior pars caliginis inci-
detibz radijs solis antip̄eristhesim passa p̄uertebat in sub-
tilem rotatōem. cuius pars habet rōnem speculi in quibz
possibile est apparere colorē corporis obiecti. nō aut figurā
sicut dictū est p̄us. Sed mare ex opposito nauigantiū exi-
stens apparens nauigantibz altius 2 habens circa terrā fī-
guram circularē non planā. cū sit aqua pura 2 a remotis
videbat representare colorē nigrū quādamodum nubes. In-
men p̄o fuit a sole vel ab aliqua stella. 2 refrangebat ad vi-
sum a nigredine maris altioris p̄ subtile rotatōem caligi-
nis. quare causabat figurā 2 iridis colores. ¶ De gene-
ratione aut colorū iridis in speciali 2 ordine ipsoz Aristo.
satis determinat. 2 ideo de his nihil q̄rendū est ad p̄sens

¶ Ex aut neqz circulū possibile est fieri iridis
neqz maiorē semicirculo portōem. 2 de alijs ac-
cidētibz circa ipsam ex descriptōe crit p̄siderāti-
bus manifestū Hemispherio em̄ existente sup
orizontē circulū in quo. a. centro aut. k. alio autē
quodā oriente signo in quo. b:

¶ Postq̄ p̄hus determinauit de eā iridis 2 coloribz
ipsius. Hic p̄sequenter intendit determinare de figura
et de his que p̄sequitur ipsam q̄sum ad figuram. Et p̄-
mo p̄mittit intentū suū Dicens q̄ ex figurali descriptio-
ne iridis q̄sum ad situm eius 2 solis 2 visus p̄t esse ma-
nifestū p̄siderantibz q̄ non est possibile irides apparere fm
circulū p̄fectum neqz fm p̄portionem maiorē semicircu-
lo. adhuc autē de alijs accidētibz circa ipsam. ¶ Tūc
ibi (Hemispherio q̄dem) Prosequitur intentum. Et p̄ p̄-
mo describit quosdā terminos Dicens q̄ hemispherium
qd est supra orizontem tanqz terminum signetur per. a. cen-
trum autē huius hemispherij signetur per. k. 2 significat v̄s
sum alicuius existentis in medio. sed astrū existens in oriē-
te vel occidente sit. h.

Si que a. k. linee fm conū excidētes faciāt
velut axem in qua. b. k. et. a. k. ad. m. adiungate
refrangantur ab hemispherio ad. b. sup maiores
angulū ad circuli periferiā incidēt. a. k. et siqdē
in oriente aut i occidēte astro refractio fiat semi-
circulus assumet circuli ab orizōte qui sup ter-
ram sit. Si aut supra semp minor semicirculo
minimū aut cū in meridie fuerit astrum

¶ Postq̄ Aristoteles posuit situm solis 2 visus in iri-
de. Hic p̄sequenter ponit quatuor p̄clusiones quas intē-
dit demonstrare Dicens q̄ si linee protrahat a. k. scz visu
ad hemispheriū fm conū p̄stitue circa lineam. h. k. quasi
circa axem. ita q̄ supra ipsam cōstituant angulos acutos
equales in p̄tecto. k. scz ex opposito ipsius. h. 2 a. b. protrahat
etc ad. m. arcum quēdam in hemispherio 2 applicentur ad
h. f. solem vel astrum p̄stituendo triangulū. h. k. m. ille de
necessitate refrangitur supra maiorem angulū eiusdē tri-
anguli. scz sup. k. qui de necessitate est obtusus. qz si essz re-
ctū opteret nūbē a qua sit refractio in iride esse sup zenith
capitis aspicientis. Est autē zenith p̄tetus directe suprapo-
situs nostris capitibz. si vero esset acutus oporteret ipsam
esse inter zenith capitis 2 solem. quozū vtrūqz est impossī-
bile in apparitōe iridis. qz dictus est p̄us q̄ opozz nūbē
esse oppositam soli 2 visu existente in medio. 2 hec est p̄mā
p̄clusio. ¶ Si vero astrum ad qd refrangunt radij visua-
les a nube opposita fuerit in oriente vel occidente. tūc dire-
cte abscondetur ab orizōte existente sup terrā semicircul-
circuli p̄stituti p̄ refractōem radiōz in nube. id est existen-
te stella in oriente vel occidente apparet semicirculus iri-
dis p̄tecte. Et hec est secūda p̄clusio ¶ Si aut astrū ele-
uetur supra orizontem. de necessitate apparebit minor por-
tio in semicirculo. Et hec est terciā conclusio. ¶ Si vero
astrum fuerit in meridie apparebit minima portio circuli
quā p̄tingit apparere in iride. Et hec est vltima p̄clusio.

¶ Si em̄ in oriēte p̄mo cuius. b. et refracta
sit. k. m. ab. b. 2 planū erectū sit in quo. a. qd a
trigono in quo. b. k. m. Circul' igit decilio erit
sphere q̄ maxim' sit in q̄. a. Differt em̄ nihil si
quodcūqz eozū que sup. b. k. fm trigonū. k. m.
b. erectū fuerit planū. Que igit ab his que. b. k.
ducte lune in hac ratione nō cōstituent semicir-
culi in quo. a. ad aliud 2 aliud signū Quoniā
em̄ que. k. b. signa data sunt 2 que. k. m. data

utiq; erit. et que in .b. Quare et ratio eius que in .b. ad .m. k. super datam igitur periferiam tangat. m. Sit itaq; hoc in quo em. m. quare decisio periferiarum data. Apud aliam autem que. m. em periferiam ab eisdem signis eadem ratio in eodem plano consistit

Nunc sequenter plus intendit demonstrare huius conclusiones. plus tamen ponit quasdam suppositiones quibus utitur in demonstrando. et sunt hec prima. posito q. k. sit centrum orbis et pertrahatur linea ad .m. p. quod intelligatur partem hemispherii a qua sit refraction. et huiusmodi linea. k. m. refrangatur ab .m. ad .h. scilicet ad astrum. tunc manifeste apparet quidam triangulus. scilicet .h. k. m. Et deinde erigatur in sphaera predicta planum in superficie sphaeræ triangulum. h. k. m. imaginando predictum triangulum extendi sicut sphaeræ. et fecerit illa superficies per .a. tunc manifestum est q. huiusmodi superficies dividat sphaeram in duo equalia. quia transit per centrum. et est maximus circulus in ea. quia transit per centrum. sed circulus in sphaera existens qui transit per centrum sphaeræ est maior alijs. Sed q. transeat per centrum patet. quia si plures fiant trianguli in sphaera similes ei qui est .h. k. m. sed in alia et alia superficie. Et non refert ad .p. positum quicunque circulus vel superficies erigatur in sphaera super lineam .h. k. m. in quacunque superficie sphaeræ quicunque triangulum. quia in quacunque superficie erigat semper erit maximus circulus dividens sphaeram per medium quod facit ad positum. **T**unc ibi (Que igitur) Ponit secundam suppositionem. Dicens q. a signis .h. k. non possunt protrahi due alie linee infra eundem semicirculum ad altum punctum. q. ad punctum .m. que se habeant in similibus proportionibus ad invicem. sicut se habent .h. m. et .z. k. m. Et plus hoc supponit tanquam manifestum. sed posset sic probari quia si protraherentur due linee ad aliud signum. puta ad .g. scilicet linea .h. g. et .k. g. tunc per adversarium erit similibus proportio cum alijs plus datis. ergo permutatio per decimam sextam quinti. Enclitidis qualis est proportio. k. g. ad .k. m. eadem erit proportio .h. g. ad .h. m. Sed due prime sunt equales. scilicet .k. m. et .k. g. quia procedit a centro ad circuli peripheriam. ergo et alie due. scilicet .h. m. et .h. g. necessario erunt equales. quod est impossibile. quia una est propinquior centro quam alia. et ergo una erit longior alia. ergo illud erit impossibile ex quo sequitur.

Tunc ibi (Quoniam em) Premittit tertiam suppositionem que continet sub se multa sicut ordinem se habentia. Dicens q. si .h. sit signum datum et notum. quia est astrum existens in termino orbis. Similiter .k. sit datum et notum. quia est centrum orbis seu visus. sed illis datis et notis oportet lineas .h. m. et .z. k. m. esse datas et notas. Et si illa sint nota oportet distantiam ipsarum esse notam. quia si termini sint noti oportet distantiam esse notam. Si vero distantia illarum sit nota oportet proportionem earum ad invicem esse notam. Si autem linea .k. m. imaginetur circuli circa centrum .k. tunc constituet in motu suo quendam circulum qui secundet circulum magnam in puncto .m. quare si punctum .m. sit notum oportet decisionem. id est locum decisionis duarum circuli peripheriarum duorum circulorum. scilicet maioris et minoris esse notum. Finaliter resumpta veritatem prius dictam in secunda suppositione.

Exponatur igitur quedam linea que de .b. et descendat ut .m. b. ad .m. k. q. d. ad .b. Datior autem que in .b. ea que .k. m. quoniam scdm

maioris anguli refractionis coni. sub maiori enim angulo subtenditur eius que .m. k. b. trigoni. adveniat igitur ad ea que .b. in qua .z. ut sit q. quidem .d. ad .b. que .b. z. ad .d. Deinde q. qui .d. m. z. ad .k. b. que .b. ad aliam fiat que .k. p. et a .p. ad .m. copuletur que .m. p. Erit igitur .p. p. o. l. us circuli ad quem que a .k. linee incidunt. Erit em q. quidem que .z. ad .k. b. et que .b. ad .k. p. et que .d. a d. p. m. Non em sit. sed aut ad minores aut ad maiorem ea que .p. m. nihil em differt si ad .p. r. eandem ergo rationem .b. k. et .k. p. et .p. r. ad invicem habebunt quod quidem que .d. b. z. que autem .d. b. z. proportionales erunt. fm quod quidem que ad .b. que .z. b. ad .d. Quare que q. d. e. q. p. b. ad .p. r. q. p. r. ad ea que .p. k. Si igitur ab his que .k. b. ad .k. r. et .k. r. ad .r. iungantur copulate eandem habebunt rationem quam quidem que .b. p. ad eam q. p. r. Circa eundem em angulum scilicet .p. proportionabiliter et que trianguli .k. p. r. et ei que .b. n. p. Quare et que .p. n. ad eam que .k. n. eadem rationem habebit. et que .b. p. ad eadem q. p. r. habet aut et que .m. b. ad .k. m. Hanc rationem quam em q. d. ad eam que .b. ambe Quare ab .b. k. signis non solum ad eam que .m. n. periferiam concurrunt eandem habentes rationem. Sed et alibi q. d. quidem impossibile Quoniam igitur que .d. neq; ad minus eo q. d. m. p. neq; ad maius. si militer em demonstrabit palam q. ad ipsam uti q. erit scilicet in qua .m. p. quare erit q. quidem que m. p. ad .p. k. que .p. b. ad .p. m.

Nunc consequenter plus accedit ad demonstrandum propositiones conclusiones. et premitit quasdam alias suppositiones. ex quarum virtute propositae conclusiones demonstrantur. Prima est. protrahatur extrinsecus linea quedam que sit .d. b. per petitionem que dicit a puncto ad punctum contingit rectam lineam ducere. Secunda. dividatur huiusmodi linea in .d. z. b. ita q. sit eadez proportio .d. ad .b. que est .h. m. ad .k. m. prius protrahitis in circulo a .a. ad .h. Et hoc potest fieri per duodecimam sexti geometrie. que dicit q. duabus lineis propositis altera indivisa. altera vero divisa per partes indivisam ad modum divise dividere. Tercia suppositio linea .m. h. maior est ea que est .m. k. quia opponitur maiori angulo. quare etiam linea .d. est maior quam linea .b. quia .d. se habet ad .b. sicut .m. h. ad .m. k. Deinde adiungatur ad lineam .b. in continuu et directu quedam linea que sit .b. z. et habeat se in eadem proportionem ad lineam .g. sicut prius se habuit ad lineam .b. linea .d. tunc necesse est .b. z. esse maiorem linea .d. Et hoc contingit facere. quia cum .b. sit minus ipso .d. fm determinat a proportionem contingit ipsi .b. tunc addere q. fm eandem proportionem excedat ipsum .d. Quarta suppositio adiungitur in textu predictis. et ponitur satis clare per varietatem litterarum in textu. quibus suas deducit demonstrationes mathematicas. videantur singula in textu propter breviteratem.

Tertius

Sit igitur eo in quo p polo vtens. distantia aut ea in qua m p circulus scribat omnes attinget angulos quos refracte faciunt que ab m a circulo. Si autem non similiter ostendat eadem habere rationem quod alibi et alibi semicirculi percurrentes quod quidem erat impossibile. Si igitur circūducas semicirculū in quo a circa dyametrum in qua h k p. q ab h k refracte ad id in quo m in omnibus planis similiter habebunt et equalē faciēt angulū. q k m b. et quē faciēt angulū q b p et m p. sup. eaz que h p. semp equalis igitur erit. trianguli igitur super eam q b b z k p equales ei qui h m p z k m p consistunt. Horum autem catheci ad idē signū cadent eius que h p. z equales erūt cadant ad o. Centrum ergo circuli o. semicirculus aut qui circa m nabscitus est ab horizonte

Nic pnter phs demonstrat conclusiones ppositas. z pmo pma dicens pmo. q si vtamur signo ipsius. p. sicut polo. z distantia ipsius p m. que est a polo vsq ad circūferentiam circuli et descenbamur circulū circa ipm polū p quantitates linee p m. circūferendo p m circa p. hmoi circulus attinget oēs angulos. id est oia pūta fractionū fm angulos qd linee ptracte a k fm conū. z refracte ab m ad h faciūt secundū circulū. Si ei dicat q nō attingat oēs. tūc ostēdet quēadmodū superius ostensūz. q a signis h k in eo semicirculo ptractant alie due linee pcurrentes alibi habentes ad inuicem eandem pportione quā hūt linee h m z k m. hoc autē est impossibile. sicut ostensūz est prius. g Descriptus est circulus circa polū p. fm qritatē linee p m. et attingit oia signa refractoz a circūferētia in a. **T**unc ibi (Sugit) Probat secundā conclusionē. scz pportioes superiores ppositas demonstratōe que ducit ad impossibile. que videat in rectu breuitatis cā. z post illas tangit centrū iridis. Dicens q centrū iridis est ille pūctus a q oēs linee duce ad circūferētia supra apem circuli sunt ppendiculares. Et statim subiūgit cām triū accidētū circa iridē. Pri muū est. qz colores iridis apparent fortiores in extremitatibus iridis circa terrā q in medio. eo q nubes est ibi densior q sit in medio. Secūduū accētis. est q iris raro fit a luna. Probat dupl. pmo qz nūq sit a luna nisi in plenilunio. Secūdo qz luna ppter debilitatem sui luminis nō sufficit eleuare tantos vapores q sup eos posset causari iris. Tercius accētis. iris maxime fit in illa pte hemispherij in q sol maiores eleuat vapores. Probat qz ex eis generat nubes supra quam debet causari iris.

Iterum sit orizon quidem in quo a g. ascendit aut supra hūc b axis. aut sit nūc i quo b p. alia quidē igitur omnia sūt ostēdēt vt r p pū. **P**olus aut circuli in quo p erit sub orizonte. eo in quo a g. eleuato signo ab eo in quo a. in quo b. In eadem aut z polus z centrū circuli o. z q terminatis nūc ortuz. Est em̄ iste i quo b p. qm aut supra dyametrum q a g. q k b. centrū vtigz erit sub orizonte pū. eo in quo a g. in ea q b p. linea in quo o. Quare minor erit superior deci

Metherologorum

sio semicirculi. i quo s y. qd em̄ s y q semicirculus erat nūc aut abscisus est ab a g. orizonte. q itaqz y q dispārens erit ipsius eleuato sole. manifestū aut cum in meridie. qstū em̄ superius b magis inferius z polus z centrū circuli erit. **N**ic pnter phs ostēdit duas alias conclusiones. Dicens q iris pte apparere fm pportioem semicirculi. sed non fm maiore pportioem semicirculo. Probat pmo. qz centrū astri z centrū iridis sunt in eadē linea. g astro existente sup orizontē centrū iridis erit supra orizontē. cū g orizon interfecat circulū iridis in eqles ptes. sic apparet nobis figure circularis. sed q nō pte apparere fm pportioem maiore semicirculo. Ideo est qz tūc astrū esset sub terra. astro autē existente i orizonte in ortu vel occasu iris apparet fm maiore pportioes fm quā pte apparere q iris z astrū sunt in eadē lineas et ergo qstū est astrū magis prope terrā. sicut in ortu z occasu. tanto magis eleuat iris supra orizontē nostrū. z qstū magis eleuat tanto magis apparet. **T**ūc ibi. (Polus aut) Phs ostēdit q astro eleuato supra orizontē apparet iris fm pportioem minore semicirculo. Probat qz astrum et centrū iridis debent esse in eadē linea. z g qstū astrū eleuet tantū iris depmit. Et hoc infert q sole ascendente in meridie apparet iris fm minimā pportioem semicirculi fm quā illo die posset apparere. qz sol illo die non potest plus eleuari supra orizontem q si t eleuatus in meridie. z ergo tūc centrū iridis est maxime depressum. z sic minor apparet portio circuli q ptingit apparere in regione illa. Et g manifestum est q vbi sol in meridie est sup zenith capitis tūc impossibile est apparere iridem.

Quoniā in minoribus quidem diebus his q post equinoctium autūnale cōtingit semp fieri irides. In longioribus autē diebus his q ab equinoctio altero ad equinoctiū alterū circa meridiem nō fit iris causa. qz que ad arcū decisiones omnes maiores semicirculo z semp ad maiores semicirculo. qd aut immanifestū z parū. Que aut ad meridiem decisiones equinoctiales. que qdez sursum decisio parua: que aut sub terra magna et semp etiā maiores que longius. quare in his que ad estiuas versiones diebus ppter magnitudinem decisiones ante qz ad mediū veniat decisionis. z ad meridianū b. subtrus iam penū fit p. ppter longe distare a terra meridiē ppter magnitudinē decisionis. In his aut qui ad hyemales versiones diebus. qz nō multū sup terrā sunt decisiones circuloz ppariū necariū fieri modicū em̄ eleuato in quo b in meridie fit sol

Nic finaliter determinat de tpe apparitōis iridis qstū ad duo accētia. Dicens q in diebus breuioribus post equinoctiū autūnale qñ dies sunt minores noctibus iris apparere pte omni hora diei. Sed post equinoctiū vernale qñ dies maiores sūt noctibus iris nō pte apparere oī hora. qz nō apparet circa meridiē his qbz solstitiū mltū eleuat i meridie. Ratio generalis est qz portiones circuli quas sol describit in diebus longioribus sup orizontē sunt minores semicirculo. z illud qd est parū apparet qñ immanifestū. sed

logorum

portiones circuli quas describit qñ accedit ad tropicū hyemale sunt maiores Sz ratio spēales scđi est. qz qñ plus sol eleuat sup terrā ppter magnitudinē arcus tāto dep̄ssior est polus iridis sub terra. et p psequēs circulus iridis tāto dep̄ssior erit et minor. sz hoc qđ ē paruus hoc est immanifestū. Ratio autē primi est qz arcus descripti sup terrā de die tunc sunt parui. et ergo sole modicu eleuato statim est in meridie. et ideo polus z cētrū iridis nō multū dep̄rimunt sub orizonte. et magna pars remanet supra orizontem apparens in meridie. et g tūc accēdit p̄tariū his que dicta sunt


Querit ut sit rōabile. qz iris sp̄ appareat ad modū semicircularis figure Bdm q sic. pbat dupl. p̄mo rōne naturali q talis est. qz cētrū iridis est p̄ctus quē tangit linea pcedens a centro solis directe p oculū videntis. iridē. et ergo sole existente in oriente apparebit iris in nube opposita in occidentē vel ecōtra. Sed talis p̄ctus quē tangit linea p̄dicta ē p̄ctus existens oriente et supra terrā. g figura iridis erit supra terrā. et p psequēs est semicircularis figure Scđo. pbat rōne mathematica. p qua supponit p̄mo qz oculi sp̄ mediat iter cētrū nubis z solis. Supponat etiā suppositōes q supponebant ad demonstratōem figure halo Et cum illis etiā supponat ex p̄mo Euclidis. q si linea recta supra lineā rectā incidit ambo anguli recti erūt eq̄les duobz rectis. Fiat igitur figura et sit cētrū solis. z cētrū oculi b. et cētrū nubis in q̄ apparet iris sit d. et p illa tria p̄cta. p̄trahat lineā. a. b. d. deinde signent in nube tria puncta eq̄litter distantia ab oculo et sole q̄ sūt e. f. g. a q̄bz p̄trahat tres lineas ad cētrū oculi et etiā ab eis. p̄trahat tres lineas ad cētrū solis z tūc in ista figura irelligat tres magni trianguli. qz vn⁹ est a. b. g. ali⁹ a. b. f. tertius. a. b. e. q̄ trianguli sunt eq̄les. qz latera eoz sūt equalia z bases eq̄les. g et anguli erūt eq̄les p secundā suppoem alias suppositā. qz latera seu p̄cta sunt eq̄lia. pbat p primā suppositōem. qz tria p̄cta signata in nube eq̄litter distāt a sole et ab oculo Et sūt bases sunt eq̄les scz b. e. b. f. g. q̄a eq̄litter distāt ab oculo z p p̄is istis tres magni trianguli sunt equales Deinde p̄siderent tres alij trianguli qui. f. b. e. d. z b. f. d. z b. g. d. qz duo latera vni⁹ sūt eq̄lia duobz lateribz alteri⁹. et anguli ille q̄lateribz p̄tenti sūt eq̄les. q̄ per q̄trā p̄positōem p̄mi Euclidis bases sunt eq̄les Anis p̄t qz lat⁹ b. d. est eq̄le. et sūt alia tria latera sunt eq̄lia. qz tria p̄cta in nube eq̄litter distāt ab oculo Sz qz anguli illis q̄lateribz p̄tenti sūt eq̄les. p̄t qz ibi p̄siderant sex anguli qz qliter duos facit angulos rectos aut equales duobz rectis per primā p̄poem p̄mi Euclidis Sic g tres bases. f. d. e. d. f. d. g. sunt eq̄les et tangunt cētrū nubis. g linea tangens extremitates illaz lineaz est circularis. et p p̄is iris est circularis figure p modū circuli integri. vt dictū est. qz sp̄ medietas ei⁹ est sub orizonte nostro z ira apparet p modū semicirculi aut portiois minoris semicirculo z nunq̄ in figura maioris portiois

Notandū qz duo hoies nō pnt eadē iridē in eadē pte nubis videre qz ad aliū et aliū oculū sp̄ reflectit aliū et ali⁹ radi⁹. sed iris apparet p reflectōem igitur Est tñ vez q tūc due vel tres irides a tribz in diuersis p̄tibz hemispherij visē capiūtur p vna p̄pter equiualentiam

Ar Iris orbiculariter diffundit radios suos. g dz apparere orbicularit ex radioz refractōe. z p̄se

quēs erit figure circularis Anis pbat. qz lumē pcedēs a corpelūinoso directe ad nutē oppositā diffundit se orbiculariter ppter ymformē dispōem Bdm q defectus inter gri circuli nō est ex defectu radij luminosi incidētis. sz est ideo. qz pars nubis sub orizonte descendit. et ergo solus supra orizontem iris apparet

Ar Halo est circularis figure. g z iris. tñ p̄ia. qz sic halo causat p reflectōem z refractōem corpis luminosi a nube. ita sūt iris Bdm q nō est sile. qz in halo astrū et visus sunt in extremitate nubes autē in medio. sz in iride astrū et nubes sunt in extremitatibz et visus in medio. et inde orit diuersitas in figura iuxta modū nūc dēctū



Eadē autē dictis causas existimādū z de parelijs et p̄gis sit ei pareli⁹ qđ refracto visu ad solē Virge at p̄terea qz incidit tal existēs visus q̄le dixim⁹ sp̄ fieri cū ppe solē existēs nubibz ab aliq̄ refrangat hūidoz ad nubē. Vident ei ipē qđ icolorate nubes fm rectū aspectū inuētibz in aq̄ at p̄gis plena nubes. verū tūc qđe i aq̄ videt color nubis cē i p̄gis at sup ipam nubē Sit at hoc cū irregularis fuerit nubis p̄sistētia z hac qđe sp̄ssior. hac at rara. z hac qđe magis aquosa. hac at min⁹. refracto ei visu ad solē figura qđe nō videt. color autē Quia at ibi irregulari apparet fulgidus et albo sol ad quē refract⁹ ē visus. hoc qđe puniceū videt h aut viride au

Tertius

ranchos Differt enim talia videre at a talibus refractū vtroque enim modo apparet coloris sile quare si et in illo modo puniceus et isto Virge quod igitur fuit propter irregularitatem speculi non figura sed colore

Postquam philosophus determinavit de halo et iride. nunc persequitur tertio intendit determinare de pareliis et per quod cum eis ab eis dem generantur causis. Dicens primo quod parelii et virge fiunt propter eandem causam. sicut halo et iris. quod omnia hec sunt refractio quidam. ut dixit prius. licet differant secundum diversam dispositionem et sicut caliginis a qua fit refractio. quod parelii generantur ex refractione visus a nube aliqua ad solem. et sicut virge. Et iterum videtur hic philosophus opinione mathematicorum dicentium visum refrangi ab obiecto ad solem. sed tamen secundum veritatem lumen solis refrangit ab obiecto ad visum.

Tunc ibi (virge autem). Assignat specialiter causam et modum generationis ipsarum virgarum. prius tamen per virgas ad ea quod apparent in nubibus. Dicens quod virge generantur propter ream. quod visus qui refrangit ex nube in latere solis existens est talis secundum effectum qualis est sicut diximus prius. quod refrangit ab aqua vel ab aliquo alio humido. ad nubes visam. Nam nubes pro sole existentes visum secundum rectum aspectum non videntur colorare diversis coloribus propter ut fire quod est si quod aspiciuntur per refractionem ab aqua vel ab aliquo humido tunc apparent colorate. quod vero apparent secundum rectum aspectum tunc videntur virgulate ad modum virgularum. Et tamen in hoc dicitur inter illa. quod in alijs illa diversitas coloris nubis apparet in ipsa nube. sed in virgis quodammodo apparet super ipsam. Quibus causa est. quod albo et nigro apparentibus in eadem superficie nigrum longius videtur. quod remotius visus apparet nigrum eo quod minus alterat. sed colores virgarum sunt nigri vel propinquiores nigro. et generantur in eadem superficie cum fulgido nubis. sed videntur remotiores quod fulgidum. Tunc ibi (sic autem) assignat modum generationis virgarum. Dicens quod generatio virgarum fit a nube quod ipsa nubes a qua fit refractio est irregularis. et non unius dispositionis per totum. sed in una parte spissior et in alia rarior. et in una propinquior aque in alia vero remotior. Radix ergo incidens super partes rariores transiit per illas tanquam per foramina et colorantur radii reflexi super pres aquosas in quibus apparet color sine figura. Et propter irregularitatem illius nubis apparent diversi colores. scilicet puniceus in parte magis rara et propinquior ad album. ranchus vero in densiori et nigriori. viridis autem in parte adhuc magis densa. Finaliter recapitulat quod per se generantur propter irregularitatem speculi non secundum figuram sed secundum colorem. quod scilicet nubes non est nata facere unum colorem.

Parelius autem cum maxime regularis fuerit aer et spissus sicut propter quod apparet albo. Regularitas autem speculi facit unum emphaseos colorem. Refractio autem sicut rotius visus propter sicut incidere ad caliginem a spissa existere caligine et non dum quod ex istente aqua propter autem aquam propter existens apud solem color facit apparere. sicut ab ere polito fractum propter spissitudinem. Quare quoniam color solis albus. propter hoc et parelius apparet albo. Propter hoc ideo autem magis aque signum parelius quam virge. Magis enim accidit aere bene operose habere ad generationem aquam Australi autem boreali magis quod

Methorologorum

magis australi aer in aquam permutat quod ad arctum. Sic assignat modum generationis pareliorum. Dicens quod parelii generantur quoniam aer. id est nubes subtilis a qua fit refractio est maxime regularis uniformis et spissa. et lumen solis fortiter refrangit super talem nubes tunc apparet ibi color albus ad sicut dicitur alterius solis regularis. quod regularitas speculi facit colorem in speculo apparentem esse regularem. Et istocludit duo correlaria. primum quod parelius est magis signum pluvie quam virge. quod generatur per refractionem ex nubes regulari et spissa quod est propinqua ad dispositionem aque. Secundum autem parelius australis quod apparet quoniam fiat ventus australis est magis signum pluvie quam ille quod apparet quoniam fiat boreas quod ventus australis propter calidum spiritum eleuat vapores et congregat eos in nubes et nubes permutat in aquas. sed boreas propter frigiditatem et siccitatem appellat nubes et per hunc elevationem vaporum.

Sunt autem sicut diximus circa occasus et circa ortus et neque desuper neque desubtus. sed ex lateribus et virge et parelii et neque propter solem valde. neque longe penitus. propter ei ex parte sol soluit persistetia. Longe autem ex parte visus non refragat a pro eo in speculo longe per teus debilis fit. propter quod et halo non fuit ex opposito solis. Superius quod igitur si fiat et propter dissolvit sol. si autem longe minor visus existens quam ut faciat refractioem non incidet. In latere autem est tamen distare speculum ut neque sol dissolvat visus quod multus sicut veniat. quod ad terram latius non disspgat sicut per imensum latius. sub sole autem non fit. propterea quod propter terram dissolvit vitiis a sole. superius autem in medio celi visus disspgat et totaliter. neque ex latere medium celi fit. visus enim non ad terram fertur ut paucus pertingat ad speculum et refractio fit oino debilis. Quod quod igitur opera accidit exhibere segregatorem in locis his quod super terram fere sunt tot et talia.

Nunc per philosophum assignat causam quorundam accidentium circa virgas et parelios. Quorum primum est quod virge et parelii maxime accidunt circa occasum et ortum solis. Secundum quod non fiunt super solem neque subtus. Tertium est quod fiunt a latere solis putantur existere ex parte meridiei vel boree. Quartum est quod non fiunt multum propter solem nec etiam multum longe. Quintum est quod si fierent nimis propinque tunc dissolverentur a calore solis. si nimis remote tunc non viderentur. Causa secunda est. quod si fieret super solem non viderentur propter distantiam. et si sub sole dissolverentur. et etiam radii reflexi solares non venirent ad nos sed reverterentur ad celum. Tercia est. quod quoniam nubes stat a latere tunc sol non sufficit eas dissolvere et etiam tunc visus per optime ad illas pertingere. Quarta est. quod tunc nubes est valde remota a visu. et ergo color nubis non fertur ad eum per superficiem terre sed movetur per aerem superiorem propter solem. et ibi propter excellentem fulgorem disspgat et debile facit refractionem. et ergo non apparent virge neque parelii. Finaliter recapitulat dicta in omnibus precedentibus. Dicens quod omnia opera quod generantur in locis super terram per motum et alterationem et etiam in terra ex segregatorem humida et sicca fere sunt tot et talia. Et de fere secundum doctrinam per quod ad accitum quod causas non dixit expressum quod tamen per reddi ex per dicitur sicut quod igitur ignes quod apparet volitare in superficie terre et lapides

et alia interdū in nubibus et coloratio aque descendens
tis pura quando cadit aqua sanguineam

Querit. Terrū parelij et virge. fiant per refractionē radiozū solis a laterali nube
Et p. responsione. Notandū q. dīna est inter parelios et virgas. q. virge sunt qdam radij quasi linee. pcedentes a sole per nubem pforatam. quas vulgares vocant fumes tentozij. Et causant dīster. pūmo qn nubes nō est vridig. pūma. q. tūc radius solis penetrans nubem trāsit p foramina nubis. et si sunt parua apparent linee albe. Alio modo causant qn nubes est cōtinua sed grossior in vna pre q. in alia. et tunc apparent diuersi colores ppter causas superius assignatas. Sed parelius dī imago solis et dicit a para q. est iuxta et elios qd est sol quasi imago in nube roida et splendida exprimes effigie solis. Et causatur hoc mō. q. aliqui humidū subtile inter visūz nostrum et solem pcurrit in vñū corpus rotundū. a quo refrangunt radij solares quasi a speculo ad oculum. et faciunt in tali corpore humido splendore quē vix visu pcepe possumus. Et ad primā partē questij dīm q. parelij et virge apparent p refractionem radiozū solis vel alteri? corpis luminosi ad visum nostrum. Patet quia ad hoc q. apparent virge oportet lumen incorporari nubi. q. cūz sit densior aere radij refrangunt ad ppendicularē. vt possunt penetrare nubem. sed q. fiant alarere solis satis patet ex dictis.

Ar. Virge et parelij sunt de natura celesti. g. h. ma le enūerant inter inuersiones sup terrā gñatas. Hīs pbat. q. sunt radij solares transcurrentes p nubes. Dīm q. parelij et virge nō sunt lumē solis nec sunt ista nubes. s. sunt qdā colores causati ex transitu radiozū solis p nubem iuxta modū superius tractum.

Ar. Parelij et virge generant eodem modo sicut iris q. p refractionem radiozū. g. deberent semp apparere pluriū colorū sicut iris. Dīm dupliciter. pūmo q. ille ipseffiones habent qdē easdē causas cōes et generales. s. dīm in causis proprijs et specialibz. Secdo dicendum negando psequētiā q. in tride sit refractione fm magnā quantitatem nubis. ergo necesse est ibi apparere diuersos colores. sed in virgis et parelij non est refractione fm tantā qritatē. Et tñ super? cōcessum q. virge qñq. apparent diuersorū color. ppter cām ibidē assignatā.

Ar. Circa nubem regularem possunt apparere parelij. et circa nubē discōtinuā apparent virge. s. iste nubes possunt esse circūquaq. circa solem. ergo videtur q. in nube circūquaq. posita possunt apparere parelij et virge et nō solū a nube lateraliter posita circa solē. Dīm q. generatōem istozū circūquaq. aliud phibz vt patuit sup? in assignatōne accidentium

¶ Tertius tractatus.

Uecūq. aut in ipa terra inclusa ipa terre partibus opatur dicēdū facit ei duas dīnas corporū. ppter qd duplex natura nata ē. et hoc quēadmodū et in alto. Due qdē em exalatōes. Hec quidē vaporosa. hec ac fumosa vt diximus est. due autē spēs hoz que i terra sūt. hec qdē ei fusibilia. hec at metallica.

Iste est tertius tractatus et vltimus huius libri. in q post q. phs determinauit de his q generantur ex segregatōne humida et sicca p motūz et alteratōem. aut etiam p refractōem sup terrā. et etiā in alijs q causant p motūz et segregatōne sicca in ipa terra. scz de motu et agitatōe terre. Hic psequenter phs intendit breuiter determinare de his q generant in profundo ipsius terre pncipalit p alteratōem. Et habet iste tractatus vñū caplū qd in tres partes diuiditur. In prima ponit distinctōem eozū q fiunt in ipa terra. In secūda assignat cām generatōnis ipozū ibi (sicca qdem) In tertia parte recapitulat ibi (consequenter quidē) Circa primā prem phs pmitte suum intentum. Dicens q. post predicta dīm est de illis qe ribus vel accidentibus quozū predicta segregatio sicca inclusa in ipa terra est principium in partibus terre interius. Et statim psequendo ppositum subiungit q. sicut in alto et supra terram est duplex segregatio. vna vaporosa. i. humido et qua generant ea q generant p ingrossationē a frigido. Alia autem fumosa. i. sicca ex qua generant ea q generant p subtiliationē et in flāmationem. Ita sūt in partibus terre est duplex segregatio fm naturā q est principium duozū corporū. quozū quedam dicuntur fusibilia eo q sunt similia terre defosse et generant ex sicca exalatōe. Alia sō dicuntur metallica q magis gñant p coagulatōem.

Sicca quidē igitur exalatō est que ignita facit fusibilia oīa. puta lapidū genera illiquabi lia et vernicē et ozicellā et miniū et sulphur et alia talia. Plurima autē talia fusibilia sunt. Hec qdem puluis coloratus. hec autē lapis ex tali cōsistentia factus velut cynnabazij. Exalatōnis at vaporose quēcūq. metallant et sunt aut fusi lia aut ductilia puta ferrū aurū es. Facit autē hec oīa exalatō vaporosa inclusa et maxime in lapidibus ppter siccitatē in vñū coartata et coagulata. velut ros aut pruina cūz segregata fuerit. hic autē ante segregatim generant hec. ppter quod sunt quidē vt aqua hec. sunt aut vt non. potentia quidem em materia aqua erat. est autē non adhuc neq. ex aqua facta ppter quādā passionē sicut humores. Neq. em sic fit. hoc qdem es. hoc at aurū. Sed an fieri coagulata exalatōne singula hozū sunt ppter qd et igniunt oīa et terrā hnt sicca em hnt exalatōne aurum aut solum non ignitur.

Hic psequenter phs scdo determinat assignat cām p dīcrozū et pūmo fusibiliū. Dicens q. exalatō sicca a do minio fm q ignita est a calido est principium oīm fusibiliū. ita q. ipsa sit materia ex qua fiunt. s. calidū igniens fm q cōmesuratum frigido a virtute celesti mediante pūmitate est quodāmo pncipium actiū. Et hmoi fusibilia sunt genera lapidū illiquabiliū (qd dicit ad differētiā quozū dā liquabiliū vt vernix et ozicella et sulphur et alia hmoi) que oīa generantur a calido exicāte exalatōnem et consumente humidū et aliquid colorante. Et hozū fusibiliū qdā sūt qsi puluis colorat. sicut illa q generant a calido pūmēre humidū pūmās et aliquiditer

Quartus

Metherologorum

adurere. Alia aut sunt quasi lapides aggregati ex pluri-
bus et generantur ex eadem exalatione a calido exalante
humidum superfluum. et fortiter terminante humidum
cum sicco. Tunc ibi (Exalationes autem) Assignat
tam eorum que sunt ab exalatione humida et cum hoc ostē-
dit modum generationis ipsorum. Dicens primo quod illa que me-
tallantur. i. habent formam metalli generantur materialiter
ex vaporosa exalatione et a frigido p̄mensurato coagu-
lante. Et istorum quedam sunt fusibilia et quedam ductibilia
Fusibilia seu liquabilia sunt quod plus accedunt ad naturam
humidam quam siccis. sicut stannum aut plumbum. sed ductibilia
sunt que habent humidum magis reductum ad medium per
siccum puta in quibus est bona terminatio siccis et humidis
sicut in auro et ere. aut quecumque habent humidum viscosum
non bene separabile a sicco. sicut ferrum quod calefactum
ictu mallei extenditur. Tunc ibi (Facit autem) Assignat
modum et locum generationis. Dicens quod huiusmodi gene-
rantur ex exalatione vaporosa inclusa in primum terre et primum
pue in lapidibus propter siccitatem lapidum bene coartantes
humidum et vaporosam exalationem et etiam propter coagulationem
factam a frigido commensurato forme metalli ex parte celesti
quod dicitur virtus mineralis. Et ab eodem frigido generan-
tur supra terram ros et pruina quoniam a vapore segregata est
exalatio calida et sicca sursum mouetur. Est tamen diuina in
generatione istorum. quia in generatione rosis prius se-
gregatur siccitas antequam materia coaguletur et ergo in
eis materia est liquida. sed in partibus terre metalla ge-
nerantur ex eodem vapore ante segregationem siccis et
ideo sunt dura. Et propter hoc verum est dicere quod metalla sunt
aqua secundum unum modum scilicet in quantum generantur ex vapore hu-
mido a domino qui est in potentia et materia et aqua. Et
secundum alium modum non sunt aqua. quia scilicet siccum non est segregatum
in signum cuius talia metalla igniuntur. i. puruntur et in pul-
uerem reducuntur et terram. quod puenit eis propter siccitatem exala-
tionem. quod sola exurit. et ipsa post exustionem reducuntur in mi-
norem quantitatem. propter segregationem alicuius grossi et
impuri excepto solo auro quod non fit minus nec minoris
ponderis quando exurit quia generatur ex subtilissimis
sicco et humido non habentibus aliud impurum admixtum quod
per ignitionem segregari possit.

Communiter quod dictum est de omnibus his. sigilla-
tim aut considerandum interdictum circa unum quodque gen-

In ista tertia et finali pre Aristotele. recapitulat Dices.
quod coiter et vltter dictum est de fossilibus et metallicis. et
quo generantur. et que sit eorum diuina. Sed volens particulariter
de eis intendere et considerare circa unum quodque ipsorum. quod sunt
propria principia generationis et diuina et accidentia presequen-
tia. hec facere habebit in eo qui de metallis inscribit et in
quibusdam alijs libris circa quod Theorastus negociatus est
secundum Alexandrum commentatorem.

Queritur utrum ad istum librum metherologorum. p-
tineat determinare de generatione mine-
ralium. Dicitur quod sic. quia mineralia que generantur infra terram sunt
ex eadem materia ex qua fiunt impressiones apparatus
supra terram. scilicet exalatione sicca et vaporosa. Et etiam in eo-
dem libro determinandum est de ipsis. Unde sepe dictum est
prius quod prout calidi ex terra et aqua superius eleuat du-
plex segregatio. quedam sicca que est principium eorum que
fiunt per inflammationem et etiam ventorum et huiusmodi. Alia aut
humida que est principium eorum que fiunt per ingrossationem

a frigido. Et eodem modo in primum terre fit duplex se-
gregatio. una quidem sicca ex qua fiunt que generantur a cali-
do exiccante seu adurente. alia humida ex qua generantur
quedam per coagulationem a frigido. ut patuit superius
circa textum.

Notandum Quod mineralium generatorum in-
fra terram in primum sunt due spe-
cies. quia quedam sunt fossilibilia quorum materia est exala-
tio fumosa et illa sunt de natura terrestri. Alia sunt me-
tallica quorum materia est exalatio vaporosa. et illa sunt
aquosa a domino. quare quasi omnia sunt liquifabilia
et fluxibilia propter abundantiam humidorum excepto auro
quod propter optimam commixtionem vaporum cum exalatione non
est ab igne liquefactibile. nisi forte esset in fortissimo igne
et per magnam tepus. Et quodlibet istorum adhuc duplex est ut
patuit clare in expositione littere.

Arguitur De mineralibus agitur in vno speciali
libro naturalis philosophie. ut patet ex numero
et ordine librorum philosophie naturalis. Et videtur quod eorum consideratio
in presenti libro sit imprinens et superflua. Dicitur quod mine-
ralia possunt dupliciter considerari. vno modo in comuni
et sic de eis determinatur in apposito propter causas statim
dictam. Alio modo capiuntur in speciali et particulariter. et
sic de eis determinandum est in quodam alio libro qui de
mineralibus aut metallicis intitulatur. licet non sit trans-
latus de greco in latinum.

Incipit quartus liber.

Veniā aut qua-

tuor cause determinate sunt elemē-
torum. Harum aut secundum coniugationem et
elemēta quatuor accidit esse. quo-

rum duo quidem factiua calidum et frigidum. duo
aut passiuia siccum et humidum. Fides autem
horum ex inductione. videtur enim in omnibus calidi-
tas quidem et frigiditas terminantes et copulantes.
et permutantes. et homogenea et non ho-
mogenea: et humectantes et exiccantes et indu-
rantes et mollicificantes. Sicca autem et humida
terminata et alias dictas passiones patientia
ipsa que secundum se et quecumque communia ex ambobus
corpora constant. Adhuc autem ex rationibus pa-
lam quibus determinamus naturas ipsorum. Calidum
quidem est et frigidum ut factiua dicimus con-
cretivum enim sicut factivum aliqd est. Humidum
autem et siccum passiuia. facile terminabile enim et dis-
cile pati aliqd naturam ipsorum. Dicitur quod de igitur hec
quod factiua bec aut passiuia manifestum est.

Iste est quartus liber metherologorum Aristotele. in
quo prius docet operationes qualitatū primarū actiua-
rum in mixtis et etiam passiones passiuarū. Et puenienti
ordine sequitur tertium. quia in fine tertij determinatum est de mi-
neralibus scilicet scia istius libri multum valere ad sciendum de mineralibus